Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Vobis dico serpentibus in nomine ihu xpi ite
unusquisque in locum uestrum nemine nocentes et
statim recedentes abierunt Et respiciens in celum
xpina dixit. Deus celestis qui misisti ihum xpm
filium tuum. et suscitasti laharum a mortuis tu ex
audi me dne ancillam tuam xpinam in uirtute
tua sca et in brachio tuo excelso. alleua hunc ho
minem de morte que comprehendit eum et ut oms
uidentes glorificent nomen tuum quia tu es deus
uirtutum Et uenit uox de celo dicens Xpina benedicta di
confide et uiriliter age. ego enim tecum sum et quecumque
postulaueris a me dabuntur tibi. Et subito rugitus
factus est magnus. Et abiens xpina iuxta mortuum
consignabat eum et clamabat dicens In nomine
ihu xpi surge tu qui mortuus es et statim sur
rexit. et procidit ad pedes eius dicens Gras ago
do tuo xpina qui me suscitauit a mortuis
Iulianus dixit. Xpina sufficiat tibi iam osten
disti omnes magicas tuas. ueni et conuertere
ad deos qui te paciuntur Beata uero xpina dixit
ei. Insensate in di timore et sine intellectu in uir
tute eius. non uident oculi tui ceci. uirtutes quas
fecit celestis deus et filius eius ihc xpc qui libe
rat omnes seruos suos ab omni malo. Iulianus ira
commotus iussit mamillas eius abscidi. Beata autem
xpina dixit. Iuliane lapideo corde et ab omni uia ueri
tatis expulse. iussisti mamillas meas abscidi respice bene
insensate et in pudice quia pro sanguine lac egreditur